

rari nihil juuat. Danda est Charitatis Christianae causâ, his<sup>1</sup> venia, nobisque sufficiet si fidei nostrae integritatem, et innocentiam toti Ecclesiae approbemus; quod non admodum difficile et operosum nobis fore confidimus. Agè ergo jam videamus quibus argumentis eam laceasant adversarii nostri, quibus fundamentis accusationem suam praestruant tantae criminatiois Architecti.

Totius accusationis caput, et quaedam veluti summa est, quod Jansenistis, hoc est Jansenistarum novae sectae faueamus, quippè qui in edendo Augustino nihil praestiterimus quo Augustinum ipsum a doctrina Jansenistarum qui eum ad partes suas pertrahere cónantur, purgaremus; immo cum ipsis fauere et consentire datâ operâ passim astruamus, in<sup>2</sup> iis scilicet quae ad gratiam sufficientem, ad humanam libertatem, et ad divinam voluntatem saluandi omnes homines spectant. Id vero non tam ex praefationibus quae singulis tomis, aut ex admonitionibus praeuiis, quae unicuique opusculo praemittuntur, quam ex notis<sup>3</sup> marginalibus et indicibus collegisse et demonstrasse sibi videntur.] . . . . .

. . . . .<sup>4</sup> Verum ut haec magis distincte explicari possint, quasdam regulas proponere visum est quibus haec Sancti Augustini doctrina breuiter exponatur, nostraque Editio contra cauillationes aduersariorum deffendi possit.<sup>5</sup>

<sup>1</sup> man. 4 ersetzt ‚his‘ durch: ‚eorum auctoribus‘.

<sup>2</sup> Mabillon corrigiert das ursprüngliche ‚si‘ zu ‚in‘, hierzu durch folgende Bemerkung Bossuet's veranlasst: ‚in, au lieu de si, faute de copiste‘.

<sup>3</sup> Mabillon corrigiert ‚notis‘ in ‚summauiis‘.

<sup>4</sup> Ich überschlage drei Blätter des Manuscriptes (fol. 148 sqq.), da die auf denselben gegebenen Auseinandersetzungen und Verwahrungen zwar in gekürzter Form, aber ohne inhaltliche Aenderung in die bei Migne abgedruckte Praefatio generalis hinübergenommen wurden.

<sup>5</sup> Mabillon corrigiert die Worte: ‚aduersariorum deffendi possit‘ zu: ‚pseudocriticorum facile defendatur‘, hiezu durch eine Note Bossuet's bewogen: ‚facile defendatur l'autre expression laisse une idée de difficulté quil est bon oster d'abord‘. Von man. 4 wird folgende Bemerkung eingeschaltet: ‚Ceterum non est quod sibi blandiantur illi nullius auctoritatis homines, quasi fidei nostrae professionem a nobis extorserint. Hanc enim publicam testificationem ultro edimus, non ut eam ipsis approbemus, quibus parum acceptam fore (non) dubitamus, sed ut Eccle-